
1) illud etiam] Species Novellae propositae haec  
est. Argentariae mensae exercitores olim pecuniam  
credebant desiderantibus, vel etiam permutationis causa  
accipiebant, et perscribant in rationibus suis, se  
mense illo tot nummos credidisse vel permutasse. De-  
bitor autem, a quo pecunia exigebatur, forte abnegabat.  
Proferebant codices, et si in his cum aliis haec  
quoque pecunia perscripta inveniretur, a debitore ex-  
igebatur, scriptura, quae in codice erat, pro certa ha-  
bita. Hoc igitur cognito venias ad id, quod propositum  
est. Quidam mutuam pecuniam accepérat ab argenta-  
rio, qui eam in codices rationum intulerat. Deinde  
debitor debitum exsolverat, et apocham manu argentarii  
conscriptam accepérat. Postea argentarius pecuniam  
creditam quasi non solutam petebat, proferens scilicet  
rationes suas. Debitor autem in iudicio apparebat, et  
debitum se solvisse contendebat, et cum solutionis prob-  
atio ab eo exigeretur, apocham manu argentarii con-  
scriptam protulit. Ille vero eam abnegabat. Et reus  
postulabat, ut collatio apochae fieret cum scriptura argen-  
tariori in codice, in quo pecunia credita conscripta  
erat. Argentarius autem dicebat, comparationem fieri  
debere ex forensibus instrumentis, non autem ex pro-  
pria scriptura. Sed hoc admissum non est, quia ex qua  
scriptura in codice rationum argentarius pecuniam sibi  
deberi dicebat, ex eadem reus literarum comparatio-  
nem fieri volebat ad probandam pecuniae solutionem.  
Denique aequum non erat, ex ea scriptura, ex qua ille  
debitum petebat, comparationem non fieri ad deside-  
rium debitoris et ad veritatem deprehendendam. Idem  
est et in apochis a debitoribus prolatis ex archivis,  
sive ex secretariis, in quo instrumenta asservantur, et  
aliis his similibus.

Quem praediximus desiderasse, ut ex forensibus in-  
strumentis literarum comparatio fiat. Primum autem  
iusiurandum praestari debet ab eo, qui collationem  
fieri petit, ut ait in sequente titulo, et ita collatio  
procedere.

Theodori. Qui agit cum aliquo, ex chirographo ad-  
versarii sui eiusdem manus scripturam proferente, si  
ille dicat, ex scripturis prolatis comparationem fieri  
debere, auditur, iusiurandum scilicet praestantibus his,  
qui comparationes faciunt. Et nota, non posse quem  
adversus ea, quae pro se protulit, excipere, si quando  
adversus ipsum proferantur, licet instrumenta sint, sive  
actor, sive reus sit. Et hoc pertinere puto regulam,  
quae dicit: Quod quisque iuris in alterum dixerit, ei-  
dem et ipse subiicitur. Extat autem regula lib. 7. tit. 3.  
cap. 23. Simile lib. 4. Cod. tit. 20. const. 17. sive lib. 21.  
tit. I. cap. 41. dicitur de testibus. Lege const. 7. et 20.  
tit. 21. eiusdem lib. 4. sive lib. 21. tit. I. cap. 75. 79. et  
disces ea, quae pertinent ad comparationem instrumen-  
torum. Nec te lateat Novella 18. cap. 8. sed eius me-

l) Syn. ὑπάρχων. m) Lenuel. in marg. Syn. addit post ἀντεξετάζοντας: τοινέστι τοὺς συγκρίσεις ποιουμένους ταβέ-  
λινας. n) Hoc scholium inter fragmenta Theodori Hermopolitae retulit frater Auedot. T. I. p. 240. o) Pannitzius  
legendum censet δὲν ἐκατέρων τῶν προκομιζομένων auctore fratre I. I. not. 58 a. p) Fabr. φερόμενον. Aut legendum est  
supra δ, aut si ἂ retinemus, φερόμενον. q) Hunc et reliquos Basilicorum locos, a Theodori scholio quippe alienos, unciis  
inclusis frater I. I. r) Designari videtur I. 16. C. IV. 21. auctore fratre I. I. not. 60. s) Lege κβ'. Nam designatus  
cap. 75. et 79. tit. I. lib. 22. Basilicorum, ut frater notavit I. I. not. 61.

τῶν ἐπάρχων τῆς τραπέζης γίνεται σύγκρισις. σημείωσις δέ, ὅτι καὶ δημοσίων χαρτῶν γίνεται σύγκρισις. ἀνάγνωσθι βιβ. β'. τοῦ καδ. τιτ. α'. διατ. β'. καὶ σ'. καὶ βιβ. δ'. τιτ. κα'. καὶ γνώση ἄλλα περὶ δημοσίων χαρτῶν καὶ λόγων.<sup>1)</sup> [Sch. a. III. 99.]

Φησὶ τὸ κατὰ πόδας ἐν βιβ. δ'. τοῦ καδ. τιτ. κα'. διατ. κ'. ἡτις οὐ κεῖται ἐν τοῖς βασιλικοῖς<sup>2)</sup> Τάξ<sup>3)</sup> συγκρίσεις τῶν χρημάτων ἀπὸ χειρογράφων γίνεσθαι καὶ ἔτέρων συμβολαῖς, ἀτανα μὴ δημοσίως συνετελέσθωσαν, πρόσφατον τῷ ἔκπληστι περὶ πλαστογραφίας διδόναι, δῆλον ἐστι. Καὶ φησὶν ὁ Θαλελαῖος<sup>4)</sup> Εἰναὶ γάρ δεξιώμεθα ἀπὸ χειρογράφων γίνεσθαι τὰς συγκρίσεις, πολλοὶ πλαστὸν ἐν χαρτῇ ποιοῦντες ἐν τῷ καιρῷ τῆς συγκρίσεως πάλιν ἔτερον πλαστὸν χειρογράφων προσφέρουσι. δεῖ οὖν τὸν ἐπὶ συγχρόνεια προσφερομένον χάρτην ἀναμφιβάτητον είναι. [Sch. a. III. 99. sq.]

μηδεμίαν γίνεσθαι σύγκρισιν] Νέτε ἐν τούτον ἀναρρέπεται ἡ ἀρχὴ τοῦ οέ. κεφ. τοῦ α'. τιτ. λέγον, τὸν ἀρνούμενον τὴν ἑαυτοῦ χειρὸν ἀπὸ συγκρίσεως ἐτέρας αὐτοῦ χειρὸς ἐλέγχεσθαι. ἀνάγνωσθι καὶ τὴν ἐκεῖ παραγραφήν. [Sch. b. III. 100.]

Γραφέντων δηλούστι καὶ ὑπογραφέντων παρὸ τοῦ αὐτοῦ, ἢ γραφέντος τοῦ ὑψοφυσ παρὸ ἔτέρου καὶ τοῦ δικαιομένου υπογράμματος μόνου, μὴ τινῶν ὅλων μαρτύρων υπογραφάντων. ὅτι δὲ περὶ ἀμάρτυρων ἴδιοχειρῶν φησὶ, δῆλον ἐν τοῦ ἐπιφρέσειν, εἰ μὴ αἱρεῖ τινῶν μαρτύρων υπογραφὰς ἔχουσι τὰ χειρογράφα. τούτῳ γοῦν, πρῶτων κακούθεν ἀδιατίκτως, ἢ παρούσα γεαρά ἐν τῆς τῶν πραγμάτων πείρᾳ λαβοῦσα τὴν ὄφρομήν κανικέει, καὶ θεοπίζει πολιτεύεσθαι τὸ ἐξ ἴδιοχειρῶν ἀμαρτυρῶν γίνεσθαι συγκρίσεις· πλὴν μετὶ διαμέσους, ἣς ἔτειν, ἵνα εἴ τις ἴδιογραφον προκομίσῃς συμβόλαιον, καὶ ἐξ αὐτοῦ πιοιμένος τὴν ἐναγογήν, τυχὸν δωρεὰν μητροπολίτου κατεχομένην παρὰ τοῦ ἐναγομένου, εὐήσῃ τὴν ἀντίθετον<sup>5)</sup> τοῦ αὐτοῦ μητροπολίτου τὴν προγνωνεύειν ἴδιοχειρῶν δωρεὰν προκομίζοντα καὶ ἔχοντα πιστωθῆναι ταῦτην ἀπὸ συγκρίσεως τῆς κειμένης υπογραφῆς ἐν τῷ ἴδιοχειρῶν ἔμφανίᾳ, ἀλλ' ὃ εἴς ἴδιοχειρῶν προκομίζων καὶ ἀπαιτηθεῖσι συστῆσαι τούτο, ἐμφανίζει καὶ ἔτερα ἴδιοχειρά τῆς αὐτῆς χειρὸς ἀμάρτυρα, νομίζω τὸ πρώτην τότε μὴ τυγχανον ἀντοποιον, μηδὲ τὴν συγκρίσιν χωρῶν ἔχειν γίνεσθαι ἐν τῶν προκομίζομενον παρὰ αὐτοῦ μαρτύρων ἴδιοχειρῶν, εἰςο γάρ ἐστι τὸν αὐτὸν καὶ ἄμφο πλαστασθαι, τὸ τε καὶ ἀρχὺς παρὸ αὐτοῦ προκομισθέν, καὶ τὰ μετὰ τὰῦτα διὰ τὴν συγκρίσιν προκομίζομενα· καὶ οὔτε νομίμον, οὔτε δικαίων ἐστι, τὸ πεσον ὑπὲ φιβολίων καὶ ἀπαιτηθὲν συστῆναι, συνίστασθαι διὰ τῶν ἀμφιβαλλομένων καὶ ἀνοτάτων, εἰ μέντοι τὸ προκομίζομενα ἴδιογραφα πρὸς σύστασιν βεβαιά εἴναι καὶ πᾶσι δῆλα, ἢ ἔχονται καὶ μαρτύρων τὰ ἴδιογραφα ταῦτα, καὶ βεβαιώνται διὰ τῶν μαρτύρων, εἰ<sup>6)</sup> καὶ ἀπὸ ἀρχέσιν τινῶν παρεξεβλῆθσαν, καὶ εἰς δῆλα τὰ χρημάτων, οἷον ἀπόδειξις τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, ἢ σεκρετικὸν τοῦ αὐτοῦ, οὐ τὸ ἴδιογραφον προκομισθέν ἐδεῖστο φιβολίων, εἰ καὶ ἡρώδη, τότε στασιαζόμενον ἴδιοχειρῶν διὰ τῶν προκομίζομένων εἰς συγκρίσιν, δῆλων ὅποιν καὶ βεβαιών, πιστωθῆσται συγκριθέν αὐτοῖς. [Sch. b. III. 100. sq.]

Μήτε ὑποχραφῆς τοῦ ἐναγομένου ἀργούσμενης παρὸ αὐτοῦ, μηδὲ μαρτύρων υποχραφῆς. ἀλλ' ὃ μὲν μαρτυρούμενος τὴν ἑαυτοῦ ὑποχραφὴν ἐξ ἀγορίων ἐλέγχεται, ὡς παρακατασύνη, φησὶ νεαρῷ· ὃ δὲ ἐναγομένος ἐλέγχεται καὶ ἐξ ἴδιοχειρῶν ἔχοντων τριῶν μαρτύρων υποχραφήν. [Sch. b. III. 101.]

Ἔσθι ὡς ἐν προθεωρίᾳ, ὅτι ἐν ἔτέρῳ διατάξει ἐνομοθετήθη, τὰ ἴδιοχειρά τὰ μὴ ἔχοντα μαρτύρων υποχραφάντας μὴ ἐργάσθαι. οὐκον οὐδὲ συγκρίσιν ὑπὲ πιδέχονται<sup>7)</sup>. [Sch. b. III. 101.]

Τοῦ Νικαίως. Φησὶ βιβ. δ'. τοῦ καδ. τιτ. κα'. διατ. κ'.

mineris. Comparatio etiam fit ex epocha mensae Praefectorum. Nota autem, et publicarum chartarum fieri comparationem. Lege lib. 2. Cod. tit. I. const. 2. et 6. et lib. 4. tit. 21. et alia disces de publicis chartis et rationibus.

Dicit τὸ κατὰ πόδας lib. 4. Cod. tit. 21. const. 20. quae non extat in Basilicis: Comparationes literarum ex chirographis fieri et aliis instrumentis, quae non sunt publice confecta, occasionem criminis falsi dare, manifestum est. Et ait Thalelaeus: Si enim admittamus, ut comparationes ex chirographis fiant, plerique falsum in charta admittentes tempore collationis aliud falsum chirographum proferunt. Charta igitur, quae ad comparationem profertur, debet esse indubitata.

2) nullam literarum comparationem] Itaque ex hoc abrogatur initium cap. 75. tit. 1. quo dicitur, eum, qui negat manum suam, collatione alterius eiusdem scripturae convinci. Lege et ibi adnotacionem.

Scriptis scilicet et subscriptis ab eodem, vel ipso tenore scripturae ab alio scripto, et a litigatore tantum subscripto, nec vero a testibus quibusdam. Quod autem loquatur de chirographis nullis testibus communis, manifestum est ex eo, quod subiicit, nisi chirographa trium testium habeant subscriptiones. Hoc igitur primum cum prohiberetur indistincte, haec Novella, capta occasione ex rerum usu, innovat et constituit, ut ex privatis scripturis nullis testibus communis collationes fiant: cum haec tamen divisione, ut, si quis prolatō privato instrumento, et ex eo instituta actione, puta donationis a metropolita collatae, quae a reo detinetur, inveniret adversarium privatum eiusdem metropolitae antiquioris donationis instrumentum proferentem, et desiderantem fidem ei imponere ex comparatione subscriptionis, quae est in instrumento ab actore prolatō, comparationem admittere cogatur. Et observa, quod dixit, privatam scripturam testibus non communim tune posse cum alia conferri, cum iam actor privatum instrumentum prolatū, et deinde reus aliam eiusdem manus scripturam proferat. Itaque si privatae scripturae utrumque non proferantur, sed unus duntaxat eam proferat, eique fidem imponere iussus alias eiusdem manus scripturas nullis testium subnotationibus communitas edat, non puto rem suspicione carere, neque ex prolatis ab eo privatis scripturis nullis testibus communis collationi locum esse. Nam verisimile est, eum utramque scripturam composuisse, tam eam, quam ab initio prolatū, quam eam, quae postea propter collationem prolatā est: nec iustum, neque aequum est, ut quod dubitationi obnoxium est et veritatis probatione eget, per instrumenta dubia et fide carentia probetur. Si tamen privatae scripturae ad probationem prolatae firmae sint et omnibus manifestae, vel etiam testes habent hae scripturae, et testibus confirmantur, vel etiam proferantur ex aliquo archivo, et manifestae sint literae, verbi gratia, epocha gloriosissimorum Praefectorum, vel secreti eiusdem, cuius privata scriptura prolatā in dubium vocabatur, vel etiam abnegabatur, tunc scripturae dubiae per eas, quae prolatae sunt ad comparationem faciendam, si certae et indubitate sint, fides adhibebitur, si cum eis collata sit.

Si nec reus subscriptionem suam neget, nec testes suas. Sed testis quidem negans subscriptionem suam ex forensibus instrumentis convincitur, ut ait sequens Novella: reus autem convincitur etiam ex privatis scripturis trium testium subscriptionem habentibus.

Scias in modum praeviae inspectionis, in alia constitutione sancitum esse, chirographa testium subscriptione carentia non valere. Neque igitur ex eis comparatio fieri potest.

Nicaei. Lib. 4. Cod. tit. 21. const. 20. dicitur, com-

1) Reliqua huius tituli scholia Theodori esse negat frater Aneidot. T. I. p. 241. not. 62. cuius rationibus nihil habeo quod addam. 2) Lege τὸ τάξ κ. τ. λ. 3) Legendum videtur ἀντιδικον. 4) Lege τὸ τάξ κ. τ. λ. 5) Lege τὸ τάξ κ. τ. λ. 6) Lege τὸ τάξ κ. τ. λ. 7) Lege τὸ τάξ κ. τ. λ.

τὰς τῶν γοργομάτων συγκρίσεις ἀπὸ ἀγοραίων γίνεσθαι αιμ-  
βολαῖων, καὶ μὴ ἀπὸ χειρογράφων, εἰ μὴ ὅσα τοιών μαρτυ-  
ρῶν ὑπογραφας ἔχουν τὰ χειρογράφα, καὶ αὐτοὶ οἱ μαρτυρες  
συνομολογήσωσιν, ὅτι ὑπεγραφαν, ἡ ὄροντιμενοι περὶ ἴδιας  
χειρὸς ἀπὸ συγκρίσεως τῶν ἴδιων γοργομάτων ἐνεγκένθωσιν· καὶ  
τοτε τὴν σύγκρισιν μετ' ὄρον τῶν συγκρινόντων γίνεσθαι  
τῷ ἀγκλίσισι τῆς πλαστογραφίας διδόναι, καὶ τοῖς δια-  
στροφίαις καὶ ἐν τοῖς συναλλάγμασιν φανερόν εἴτη, καὶ διὰ  
τοῦτο θεοπίζομεν μη ἐξενια τὰς συγκρίσεις τῶν γοργομάτων  
ἀπὸ χειρογράφων γίνεσθαι, εἰ μὴ, τοιῶν μαρτυρῶν ὥστη  
ὑπογραφας καὶ πρότερον τοὺς συγγραμμάτους αὐτῶν τῶν μαρ-  
τυρῶν πίστις ἐπιτεθεῖν, ἡ ἐξ αὐτῶν τοῦτο κατατιθεμένων,  
ἢ πάντων, ἡ πάντι τρόπῳ ὅνος ἐξ αὐτῶν τῆς συγκρίσεως  
γοργομάτων τῶν μαρτυρῶν προβαίνοντος· καὶ τότε ἐν τον  
τοιουτου χάρτου ἡδη ἀποδειχθεῖσα ἡ σύγκρισις γενέσθαι.  
ἄλλως γαρ γίνεσθαι τὰ συγκρίσιν οὐδὲν τρόπον συγχωροῦ-  
μεν, εἰ καὶ καθ' ἕκαπον τις τὸν χάρτην συγγράφειν προ-  
φέρει· ἀλλὰ μόνον ἡ ἐν τῶν ἐπὶ ἀγορᾶς\*) πραχθέντω, ἡ  
ἀπὸ δημοσίων συμβολαιῶν, ἡ τοιουτων χειρογράφων, ἀτέρ  
ἔξηριθμον μεθα, τῆς συγκρίσεως γενομένης. πάντας δὲ τὰς  
συγκρίσεις οὐκ ἄλλως γίνεσθαι συγχωροῦμεν, εἰ μὴ πρότερον  
ὄρον παρέχοντες οἱ ταῦς συγκρίσεις ποιοῦμενοι διαβεβαιώ-  
σανται, οὗτοι οὐ τοῦ κερδοῦς ἔνεκεν, οὔτε ἔχθρας ἢ χάριτος  
κερατημένοι τῷ τοιαντήρ ποιοῦνται σύγκρισιν καὶ τούτο  
φυλάττεσθαι τοῦτο μὲν ἐν πᾶσι τοῖς ἑροῖς ἡμῶν σκοτιοῖς,  
τοῦτο δὲ ἐν τῇ τάξει πάντῃ τῆς ἔξοχητης ἐπιστότητος, οὐ  
μηρ ἄλλα καὶ τῆς τοῦ μαγιστροῦ ἔσοντας, καὶ τῶν ἄλλων  
πάντων δικαιοτητῶν, ἀτίσα ἐν τῷ ἡμετέρῳ κύκλῳ παθεστή-  
κασι, τούτων πάντων τοῦ λοιποῦ φυλαττομένων. τὰς γαρ  
συγκρίσεις τὰς ἡδη πρότερον γενομένας ἀναψηλαφάθαι οὐκ  
ἔσται ἀκαίδινον.\* [Sch. b. III. 101. sq.]

\* ἐκ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς<sup>w)</sup> Ἐν ὑπομνήμασι τυχὸν αὐ-  
τοῦ φέρεται χειρό. [Sch. \*. III. 102.]

**εκτρα περικούλον**] Κλεδυνον ἐνταῦθα εἶπεν  
τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἡδη τηρηθεισῶν δικῶν μετὰ τὰς παρελ-  
θούσας συγκρίσεις η τῶν γενομένων πολλάκις διαλινεων.  
[Sch. \*. III. 102.]

**προσοκομίσας τις ἰδιόγραφον**] Θεμάτισον, ὡς δύο  
ἐπιτροπεύοντος τιος ἀνήδυον παγὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐκε-  
χεωσάτριτο, καὶ ἰδιόγραφον αὐτοῦ περὶ τῶν χρεῶν ἀμφότεροι  
ἐκεκτήτητο, μὴ ὄντα, ὡς εἰρηται, ἀγοραῖς, ἀλλὰ ἰδιόγραφο μὴ  
ἔχοντα μαρτυρας. καὶ ὁ μὲν εἰς ἐπίτροπος κατὰ τοῦ ἐπέρον  
κινῆσας περὶ τῶν χρεωστομένων οὐτῷ παρὰ τὸν τελευτῆσαν-  
τος ἐσχε τὸν συνεπίτροπον πειθήνοις, τὸ χρέος αὐτοῦ κατα-  
βαλόντα, καὶ πεισθέντα τῷ ἰδιόγραφῳ τὸν τελευτῆσαντος  
λοιπὸν δὲ ὁ καταβαλὼν ἀπατηθεῖς τὸ ἕδυον χρέος, καὶ τὸ  
ἰδίογρειον τοῦ χρέους ἀποδεικνύς, ἀπατησάς τὸ χρέος, εἰ δια-  
μάχεται πρὸς τοῦτο ὁ συνεπίτροπος, τῇ συγκρίσει τῶν γοργο-  
μάτων τοῦ τελευτῆσαντος ἐπιστομοθήσεται, καὶ οὐ δύναται  
λέγειν, ὡς δεῖ ἐξ ὀχοράϊων συμβολαιῶν γίνεσθαι τὰς συγκρί-  
σεις, ἐπειδὴ ὡς αὐτος ἐχογήνατο ὡς δικαῖος συμβολαιῶν, καίνως  
καὶ εἰς συγκρίσιν γοργομάτων δέξεται, ὡς ἀπατε πιστὸν ἡγοη-  
μένος καὶ χρέος ἐν τοιστον ἀπατησάς. καὶ σημειώσαι, ὡς ἐν  
προκομίῳ τις χάρτην θαρρῶν αὐτῷ ὡς ὑπερ ἐκείνον ὄντι,  
δρεῖται καὶ οὐσι ἐν ἐκείνῳ εἰσὶ, κατ' αὐτοῦ δέχενθαι, καὶ μὴ  
διαβαλεῖν αὐτα ὡς μη γεγονότα. ὡςπερ γάρ τὰ ὑπερ αὐτὸν  
ἀμάρτια, οὐτως τὰ κατ' αὐτοῦ δρεῖται δέχενθαι. [Sch. c. III.  
102. sq.]

**Καν̄ ίσως δ̄ προκομίσας τὸ ἰδιόγραφον τὴν ἐξ αὐτοῦ οὐκ**  
**ἀπάντητο ὡφελεῖσαν**, ὃνδε παρεδέθη δι αὐτοῦ τὰ οἰκεῖα ἐπιρ-  
ωνήσις δίκαια καὶ ἀποδεικνύων· ἀλλ' οὐδὲν διαθέτει οὐ παρέχθη  
τὸ ἔγγραφον, χρήσεται τῇ ἐξ αὐτοῦ βοηθείᾳ, διὰ τὸν κανόνα  
τον λέγοντα· ὁ δίκαιον τις εἴτη κατά τινος η αἰτήσῃ, τῷ  
αὐτῷ καὶ αὐτὸς ὑπόκειται. [Sch. c. III. 103.]

**καὶ τοῦτο**] Τρόπον γάρ, ὅτι τινὸς τῶν τὰ δημόσια  
ἔργων γίνεται ἐν τινι συμβολαιῷ ὑπογράφαντος ὡς μάρτυρος,  
εἴται τελευτῆσαντος, καὶ τῆς τοιούτου μαρτυρίας δεσμείσης συστή-  
ναι, ἐκ τῶν ὀψειών παρεξεβλήθησαν<sup>ww)</sup> ἀληθεία σποιων τῶν

parationes literarum ex forensibus instrumentis fieri,  
non ex chirographis, nisi chirographa trium testium  
subscriptiones habeant, et ipsi testes se subscripsisse  
confiteantur, vel suam manum abnegantes collatione  
propriarum literarum convincantur: et tunc comparationem  
fieri praestito iurejurando a collatoribus. Haec  
autem omnia in posterum observari statuit: comparationes enim iam factas non retractat. Sic autem habet  
τὸ κατὰ πόδας constitutionis: Comparationes literarum  
ex chirographis fieri et aliis instrumentis, quae non sunt  
publice confecta, satis abundeque occasionem criminis  
falsitatis dare, et in iudiciis, et in contractibus mani-  
festum est. Ideo sancimus, non licere comparationes  
ex chirographis fieri, nisi trium testium haberint  
subscriptiones, et prius literis ipsorum testium fides im-  
ponatur, vel ex ipsis hoc deponentibus, sive cunctis,  
sive omnimodo duobus ex his, comparatione literarum  
testium procedente: et tunc ex eiusmodi chartula iam  
probata comparatio fiat. Aliter enim fieri comparationem  
nullo concedimus modo, licet in semet ipsum  
quis chartam conscriptam proferat: sed tantummodo  
vel ex forensibus<sup>\*)</sup>, vel publicis instrumentis, vel huius-  
modi chirographis, quae enumeravimus, comparatione  
facienda. Omnes autem comparationes non aliter fieri  
concedimus, nisi iuramento antea praestito ab his, qui  
comparationem faciunt, fuerit affirmatum, quod neque  
lueri causa, neque inimicitia vel gratia tenti huiusmodi  
facient comparisonem: et hoc observari tam in omnibus  
sacris nostris scriniis, quam in apparitione omnis  
sublimissimae praefectureiae, nec non magisteriae potestatis,  
ceterisque omnibus iudicis, quae in orbe nostro  
constituta sunt, his omnibus in posterum observandis.  
Comparationes enim iam antea factas retractari extra  
periculum minime est<sup>\*)</sup>.

\* ex forensibus] In actis publicis fortasse eius profertur manus.

\*) extra periculum minime est] Periculum hic dicit retractationem litium iam iudicatarum post factas comparationes, vel factarum ut plurimum transactionum.

3) quis prolato chirographo] Finge, duo erant tutores cuiusdam pupilli, idemque creditores patris eius. Uterque chirographum patris debiti nomine habebat, non forense, ut dictum est, sed privatam scripturam nullis testibus communitam. Cum autem unus tutor alterum convenisset eorum nomine, quae sibi a defuncto deberent, contutorem obsequenter habuit, qui debitum ei exsolvit, fidem secutus privatae scripturae defuncti. Itaque qui, quod ipse deberet, solvit, si prolato chirographo defuncti petat, quod sibi debetur, et contutor ei controversiam faciat, facta comparatione literarum defuncti os ei obstruet, nec dicere potest, comparationes ex forensibus instrumentis fieri debere, quoniam quo ipse usus est tanquam iusto instrumento, recte id et ad comparisonem literarum admittet, tanquam fide eius semel probata, et ex eo debitum suum persecutus. Et nota, eum, qui chartam profert fiduciam gerens pro se eam facere, debere etiam, quaecunque in ea sunt, adversus se admittere, neque ea redarguere quasi non facta. Sicut enim ea, quae pro se faciunt, sine controversia admittit, ita etiam, quae adversus ipsam sunt, debet admittere.

Licet forte is, qui privatam scripturam protulit, ex ea non iuvetur, nec iura sua per eam confirmaverit et approbaverit: is tamen, adversus quem scriptum prolatum est, utetur eius auxiliū, propter regulam dicentem: Quod juris quisque in aliquem dixerit vel postulaverit, eidem et ipsis subiicitur.

4) id quoque] Finge enim, si quis ex his, qui publica instrumenta conficiunt, quique instrumento subscriperat quasi testis, decesserit, et testationem eius confirmari necesse sit, . . . . .

w) Hoc et sequens sunt scholia ad scholium praecedens, non ad textum explicandum vergentia. ww) Locus inde a παρεξεβλήθησαν usque ad γοργομάτων prorsus corruptus, cui quomodo medendum sit, nescio.

αὐτῷ γοργμάτων, διὸ ἡς ἔξεστι συγκόνειν, καὶ τὰ παιδά αὐτοῦ γεγονμένα δεικνύειν ὡς ἀληθῆ. [Sch. d. III. 103.]

ΤΙΤΛΟΣ Λ'.

*Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ἐπιτίθεσθαι τὸ πιστὸν  
τοῖς παρα δικασταῖς ἐμφανιζομένοις συμ-  
βολαῖς.*

α'.<sup>x</sup>) Εἴ τις ἀσφαλῶς παρακατατίθεσθαι<sup>y</sup>) βούλεται, μὴ μόνοις πιστευέτω τοῖς τοῦ λαμβάνοντος γράμμασιν· τοῦτο, ὅπερ ἐν τῇ δίκῃ ζητηθέν, ἐπειδή-περ οὐ συνωμολόγησεν ὁ γεγραφέναι λεγόμενος αὐτοῦ καθεστάναι τὰ<sup>z</sup>) γράμματα, μεγάλην ἔσχε ταραχὴν, καὶ γράψαι ἔτερα κατηναγκάσθ<sup>a</sup>), ἀπερ ἐδόξε παρόμιοι μὲν, οὐ μὴν διὰ πάντων ἐκιότα· καίτοι γε ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἀκρίτουν τοῦ πρόγυματος μεμενηκό-τος<sup>b</sup>). ἀλλ᾽ ὁ παρακαταθήκην διδοὺς προσκαλείσθω<sup>c</sup>) καὶ μάρτυρας, ὡς οἶόν τε σεμειοὺς καὶ πίστεως δέσιονς, καὶ οὐκ ἐλάττους τριῶν, ἵνα μὴ ἐπὶ μόνων ἥρτημεθα τῶν γραμμάτων<sup>d</sup>) καὶ τῆς τούτων ἀντεξεπάσεως, ἀλλ᾽ εἴη τοῖς δικάζοντι καὶ ἡ παρὰ τῶν<sup>e</sup>) μαρτύρων βοήθεια. καὶ γάρ δὴ καὶ τοιαύτας μαρτυρίας προσιέμεθα, ὅπετε παιώντας<sup>f</sup>) μάρτυρας λέγειν, ὡς αὐτῶν παρόντων ὑπέργραψεν ὁ τὸ συμβόλαιον ποιήσαντος, καὶ τοῦτο ἐπισταγεῖται. εἰ γάρ εὑροιμεν καὶ τοιούτους τινάς μάρτυρας οὐκ ἐλάττους τῶν τριῶν ἀξιοπίστους καθε-στῶτας, οὐδὲ τὴν τοιαύτην ἀπαγορεύομεν πίστιν. οὐ γάρ ἵνα συστέλλωμεν<sup>g</sup>) τὰς ἀποδεξεῖς, τίθεμεν τὸν νόμον, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ εἴναι αὐτὰς<sup>h</sup>) ποιήσωμεν καὶ ἀσφαλῶς εἶναι.

*εἰς τις] Τὸ προοίμιον τῆς νεαρᾶς.*

"Ισμεν ἡμετέρους νόμους, οὐ διολονται ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν γραμμάτων τὰς πάτεις δίδοσθαι τοῖς συμβολαῖσι, καὶ οὐ τινὲς τῶν αὐτοκρατόρων, ἐπιπολασμῆς ἥδη τῆς κακίας τοῖς νοθεύοντις τὰ συμβόλαια, τὰ τουτά<sup>1</sup>) γε ἐκώλυν, ἐν ἑκένειο σπουδασμῷ τοῖς παραποιοῦντις εἶναι πιστεύοντες, τὸ πρᾶγμα τιμώντων τῶν γραμμάτων ἑαυτοὺς ὅτι μάλιστα ἔχ-  
γνωμάνζειν· διότι μηδὲν ἔτερον ἔστι παραποίησις, εἰ μὴ των ἀληθῶν μῆματος. ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τούτοις δὴ τοῖς χρόνοις μηδίας εὑρομεν παραποίησις ἐν δίκαιας πολλαῖς, ὥν ἡρακλεία σάμεδα, καὶ τι παραδόξον ἦμιν ἐξ Ἀρμενίας ἀετόν. προκο-  
μισθέντος γάρ ἀμειψών συμβολῶν καὶ τῶν γραμμάτων ἀνο-  
μοίων κριθέντων, ὑστερον ἐπείτερον εὑρέθησαν οἱ τῷ συμβολαῖσι  
μαρτυρήσαντες, καὶ γράμματα ὑποδέγνετες, καὶ ταῦτα ἐπιγρά-  
τες, πιστοί ἐδέσατο τὸ συμβόλαιον καὶ τι παραδόξον ἐντεῦθεν  
ἀπήργαν, οὐτε τὰ μὲν γράμματα ἀπιστα ἀφθον, καί τοι γε  
ἔξετασθεντα, τὸ δὲ παρὰ τῶν μαρτύρων ἀπήργησον οὐν ἀλη-  
θεία. καὶ ταῦτα, τῆς πιστᾶς τῶν μαρτύρων πιστεως δικούσης  
εἶναι πως ἐπισφαλοῦς. δρόμεν μέντοι τὴν φύσιν αὐτῆς πολ-  
λάκις δεομένη τῆς τού πρόγυματος ἔξετασθες, ὅπου γε τὴν  
τῶν γραμμάτων ἀμοιβότητα πολλακις μὲν χρονος ποιει (οὐ  
γαρ ἀν οὐτοις γράμματις τι γεάζων καὶ σφρογήν, καὶ γεγηρακει-  
καὶ ἵως τρέμων<sup>2</sup>) πολλάκις δὲ καὶ νόσος τοῦτο ποιήσειε.  
καὶ τοι ταῦτα φαμεν, ὅπου γε καλάμου καὶ μέλανος ἐναλλαγὴ  
τὸ τῆς δομούτητος διὰ πάντων ἀκριμφνές μετείλετο. καὶ οὐκ  
αὖ εὑρομεν ἐφεξῆς ἐπεῖν, δύοσα η φύσις ίταντον καινοτο-  
γεῖ, καὶ τοῖς νομοθέταις ἦμιν παρεξένων πρόγυματα. ἐπειδὴ  
τούτων διὰ τοῦτο βασιλεῖσιν ὁ θεός εὗν οὐδαμόν καθῆκε, ἵνα  
τοῖς δυσκόλοις ἐπιτέθησι<sup>3</sup>) τὰ παρ<sup>4</sup> ἑαυτῆς ἀγάθαν, καὶ τοὺς

## TITULUS IV.

**Quomodo instrumentis, quae apud iudices  
insinuata sunt, fidem adhiberi oporteat.**

I. Si quis<sup>1)</sup> tuto velit deponere, non soli scripturae depositum suscipientis fidem habeat (id quod in lite in quaestionem deductum, quia non confessus est is, qui scripsisse dicebatur, suam scripturam esse, magnas turbas concitatavit, ipso etiam alia scribere coacto, quae adsimilia quidem videbantur, nec tamen per omnia similia fuerunt, ut quantum ad literas causa haud decisa manserit). Sed qui depositum daturus est, etiam testes evocet quam potest graves et fide dignos non minus quam tres, ne de sola scriptura eiusque collatione pendeamus, sed etiam ab ipsis testibus adminiculum iudicibus suppetat. Nam eiusmodi testimonia admittimus, in quibus testes praesentes dicant<sup>2)</sup>, se praesentibus eum, qui instrumentum confecit, subscriptissime, seque id cognovisse. Nam si testes eiusmodi fide dignos non pauciores tribus reperiamus, tale testimonium non reprophanus. Neque enim ut probationes in angustum redigamus, hanc legem promulgamus, sed et ut subsint, et tutae existant.

I) si quis] Prooemium Novellae.

Novimus leges nostras, quae volunt, ut instrumentis ex comparatione literarum fides detur: item novimus, Imperatores quosdam, procedente iam malitia eorum, qui instrumenta adulterant, talia prohibuisse, hoc unum credentes adulteratoribus curae esse, ut ad literarum imitationem se quam maxime exercerent: cum nihil aliud falsitas sit, nisi verorum imitatio. Cum igitur numerosas falsitates hisce temporibus in multis causis, quibus audientiam praebuimus, deprehendimus, mirabile quiddam nobis ex Armenia exortum est. Nam cum prolatio permutationis instrumento diversae inter se scripturae iudicatae essent, postea tamen quia inventi sunt, qui testes instrumento adhibiti fuerant, et subscripti-  
erant, et hoc agnoverant, instrumento fides imposita est. Et mirabile quiddam exinde accidit, ut de fide scripturae, licet examinatae, dubitatio esset, testimoniū autem dicta cum veritate conguerent. Atque haec, cum testimoniū fides quodammodo videtur esse lubrica. Vide-  
mus tamen, naturam eius saepe desiderare rei disquisitionem, utpote cum scripturae dissimilitudinem saepe quidem tempus efficiat: (neque enim eodem modo quis iuvenis, qui que in flore aetatis est, scribit, ac senectute gravis et forte tremulus:) saepe etiam morbus id efficiat. Atque haec dicimus, siquidem calamī et atramentī mutatio similitudinis veritatem per omnia tollat. Nec deinceps dicere possumus, quam multa natura nova generet, et nobis legum conditoribus negotia facessat. Quoniam igitur Deus imperium propterea de coelo de-

x) Cap. 1. Nov. 73. extat in Syn. p. 238. Brevem epitomen habet Harm. I. 8. §. 3. et III. 9. §. 2. y) Syn. παρακαταθέσθαι. Leuncl. in marg. παρακαταθήκην δοῦναι. z) τι addo cum Syn. a) Syn. παίαναγκασθέντος. b) Leuncl. in marg. Syn. habet scholium hoc: ἀδύλυτα ἔμεινε τὰ τῆς δίκης. c) Syn. προσκαλ. Leuncl. in marg. προσκαλ. d) Leuncl. in marg. habet scholium: τοῦ λοβόντων διλόντων, καὶ τοῦ ἵγρασφον οὐκέτι χειρὶ πεποιηκότος. e) τῶν deest in Syn. f) Leuncl. in marg. Syn. addit, παραταμένους ἐν δικαιογράφοις. g) Syn. συντάλωτην, quod praeplacet. h) Syn. αὐτοῖς. Leuncl. in marg. αὐτάς. i) Legendum τοιάντα. Fabr. τοιάντα. ii) Lege ἔτινθη.

νόμους ἀρμάζῃ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ποικίλιαν· διὰ τοῦτο ὑπῆρχεν χρήματα καὶ τοῖτον γραψαι τὸν νόμον, καὶ δῶναι ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηρόοις, ὅπόσονς ἡμᾶν ὁ θεῖς πρότερον τε παρέδωκε, καὶ κατὸς μικρὸν ἀεὶ προστίθησι. καὶ γάρ τι καὶ περὶ παρακαταθήκην ἐκ γραμμάτων ἀμφιεβητήθεν τε καὶ στυλασθὲν εὐδομεῖν· καὶ δεῖ καὶ τοντὸν ποικασθεῖν πρόγνοιαν. τοιγαδὲν εὐθὺς ἡμῖν ἐκ τῆς παρακαταθήκης ἀρχτεον. εἴ τις τοῖν ἀσφαλῶς παρακαταθένθαι βούλεται· καὶ τὰ ἔξι, ὃς ἐν τῷ βασιλικῷ κεῖται. [Sch. III. 111. sq.]

Θεοδώρον. Ὁ παραθέμενος πρόγματα ἀσφαλέσσθω αὐτά, καὶ δεκνυταν τρισι μαρτυριν, ὅπι ποιατεθεικεν. ἀνάγνωθι τὰς προκειμένας διατάξεις τοῦ λό. τιτ. τοῦ δ. βιβ. τοῦ κώδικος, καὶ τὴν πη. γεαράν, ἵποι βιβ. ιγ. τιτ. β. [Sch. a. III. 112.]

Ἄκονταν καὶ πιστεύοντας οἱ λέγοντες, ὅτι παρόντων αὐτῶν ὑπέγραψε τῇ παραθήκῃ ὁ την παραθήκην δεξάμενος, ἐν δηλονότι τοεις ὧσι. το δέ λεχθὲν οὐ μόνον κρατεῖ ἐπὶ παραθήκων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἴδιοχειρῶν δανεισκῶν, καὶ ἐπὶ παγτὸς συναλλάγματος γενομένου ἐγγράφως. παντὸς γαρ οἱ λέγοντες, ὅτι ὑπέγραψαν αὐτοῖς, η ἀπὸ ἄλλων ὑπεγράψησαν τινα ἴδιοχειρα, ἐπὶ αὐτῶν πατενονται ἀνάγνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. κα. διατ. ιε. καὶ γεαράν κη. ἵποι βιβ. κε. τιτ. α. καὶ μὴ λάθη τὸ εἰσημένον ἐν τῇ γ. ὅμοιος γεαρά. ἐκαὶ παραθήκης ἐγγράφως γενομένης εὐδεθέν ἡ τῶν μαρτυρῶν φωνή ἔναντιονμένη τῇ αὐτῇ παραθήκῃ, δεκτέα μάλλον θυτι καὶ βεβαιάτια μένει ἡ τῶν μαρτυρῶν φωνή· ἐκαὶ μέντοι γε μῆ καταλαβῆτι τὶ δικαστῆς ἀληθεύστερον. ἀνάγνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. κα. διατ. ιε. καὶ κη. ἵποι γεαράν μθ. ἵποι βιβ. κβ. τιτ. α. ἐκαὶ ἀρχιθῆ, τὸ ἀμύντηνον ἴδιογραφον, ὁ γράψας ὅφελεις ὅμοσαι, ὅτι οὐτι ἔστιν αὐτοῦ, οὐκ ὁ προφέρον αὐτό· δηλονότι ἀποδείξεως μὴ οὐσῆς. μέμνησο γαρ της ιη. γεαράς. ἀνάγνωθι καὶ βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. κα. κη.) διατ. ιε. τὰ ὑγροῖς συμβόλαιον ὄλας τὰς τὴν ὑπογραφὰς τῶν μαρτυρῶν πρὸ τῆς συντάξεως τοῦ πληρώματος αὐτῶν. σημείωσαι δέ, ὅτι τὰ ἐν τοῖς συμβόλαιοις σημεῖα ἔχεται καὶ δεχεται ὁ δικάζων ἐν ἀποδίπτης πασης ἀποδείξεως τῆς τοῦ συμβολαίου πίστεως. γνέσθω ἡ τῶν γραμμάτων τοῦ συμβολαιογράφου παραθέτεις ὅμνοντος τοῦ προκομιζοντος τὸ συμβόλαιον. περὶ τῆς παραποτίσεως ἀνάγνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδικος τιτ. κα. διατ. β. σημείωσαι δέ ὅτι βεβαιούνται τὰ συμβόλαια τῇ καταθέσει τοῦ συμβολαιογράφου καὶ τοῦ ἀρχιθῆτοῦ, καὶ οὐ γίγεται ἀντεξέπαισις τῶν γραμμάτων τῶν ὑπογραφωντων, ἐάν οὐ ζώσῃ, ἢ οὐ πάρειαν. αὐτὸ δὲ τοῦτο κρατεῖ ἐπὶ τῶν γραμμάτων τοῦ συμβολαιογράφου. ἀνάγνωθι τὴν κη. γεαράν, καὶ μέμνησο της ιη. ὅμοιος γεαράς. ἐάτῳ παραθέτειν γενέσθαι γράμμάτων, ὅμνοις, ὅτι καλῆ πίστει ὑπει τὴν παραθήσιν, καὶ οὐτι οὐ πέποσχε το δολεσον περὶ τὸ ἴδιογραφον τὸ συμβόλαιον. συνανιούντων τῶν μερῶν δυνατὸν καταθέσθων ἐπὶ πράξεως ἐπομῆμοτος τὴν τοῦ συναλλάγματος ποίησον, καὶ λοιπὸν ἀπαλλάσσονται τῶν εἰσημένων. τὰ γάρ κατατεθέντα συμβόλαια ἀρνεῖσθαι ὁδίνιτον. ἐάν τοῖς ὑπέρ τοῦ ἀγραμμάτου ἡ ὀλυγογραμμάτους γενομένους συμβολαιοῖς ὁ ταβούλαιος καὶ πέντε μαρτυρῶν ὑπογραφέτωσαν. ἀνάγνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. κα. διατ. ιε. ἐάν τῶν ὑγράφων συναλλαγμάτων ὁ μὲν ἀκτω παραγέτω τοὺς μαρτυρῶς. εἰ δὲ μὴ δεῖς, τότε ὁ ὄφεος διανιτοῦ ἡ ἀνταπαγέτω<sup>κη</sup>) τῷ ἄκτοι, θέλοντος δηλονότι. ἀργνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. β. διατ. ιε. ἡ εἰσημήνη παραποτίσης φυλαττεῖς ἐπὶ μόνων τῶν ὑπέρ την μιαν λίτσαν τοῦ χρυσον συναλλαγμάτων. ἴδιοχειρος μη κη τριῶν μαρτυρῶν ὑπογραφας ἡ ὅμοιοις, ὡς ἐπὶ τῶν αὐτῶν γέγονεν, ἡ ἡγιθιθῆ η καταβολή, οὐκ ἔστι δεκτόν· ἐάν δηλονότι οὐκ ἀρνεῖται ὁ γράψας αὐτὸ τὸ ἴδιοχειρον, λέγει δέ, ὅτι παρανόμοις ἔστιν, οὐδὲ μὴ ἔχον τας εἰσημένας τῶν μαρτυρῶν ὑπογραφάς. ἐάν γάρ αρνηται καθόλον μὴ ποιήσαι αὐτὸ ὁ γράψας, ὥστον τότε ἐπιφέρει αὐτῷ ὁ ἐνάγων κατὰ τὰ λεχθέντα, εἰπε οὐκ<sup>κη</sup>) ἀποφει ἀποδείξθωσαν. τὰ ἐπιχώρια συμβόλαια κατατεθέντας τῆς κώδιας πολιτευόντωσαν. οὐδὲ γάρ δέσσονται τῆς εἰσημένης φυλακής, πάντα περὶ διαθήκων ὧσιν. ἀνάγνωθι βιβ. δ. τοῦ κώδ. τιτ. κη. διατ. λα. [Sch. a. III. 112. sq.]

Τοῦ Νικαέως. Οἶμαι τὴν γεαράν ἐνταῦθα διδάσκειν περὶ ἴδιοχειρῶν, ὅτι, ὅτε λαμβάνων παρακαταθήκην τις ποιεῖ ἴδιογραφον καὶ ὑποχράψῃ ἐν αὐτῷ λέγων, ὅτι ὑπεδέσσατο παραθήκην, ὅφελει ὁ διδόνος, εἰπε ἔθελεν ἔχειν τὰς ἀποδείξεις εὑχερεῖς, προσκαλεῖσθαι τερεῖς μαρτυρῶς, ὥστον καὶ αὐτοῦ ὑπογραφῶν, ἡ ὄφεσιν τὸν λαμβάνοντα, πάντα ὑπέγραψε, καὶ ὧσιν

misit, ut difficilibus rebus bona sua impertiret, et leges secundum naturae varietatem accommodaret: ideo hanc quoque legem scribendam duximus et in commune edendam subditis, quos Deus nobis et antea tradidit, et paulatim semper adiicit. Et quia circa depositum ex literis quaestionem et disceptationem motam compemus, et horum quoque omnis cura gerenda est. Itaque statim nobis a deposito incipiendum est. Si quis igitur tuto velit deponere: et quae sequuntur, ut habetur in Basilico.

Theodori. Qui res deponit, in tutum eas redigat, et doceat tres testes, se deposuisse. Lege praecedentes constitutiones tit. 34. lib. 4. Codicis, et Novellam 88. sive lib. 13. tit. 2.

Audiuntur et fides habetur iis, qui dicunt, se praesentibus depositarium deposito subscriptissime, scilicet si tres sint. Quod autem dictum est, non solum obtinet in depositis, sed etiam in chirographis acceptae mutuae pecuniae, et in omni contractu, qui in scriptis celebratur. Omnino enim fides habetur iis, qui dicunt, se vel alias privatae cuidam scripturae subscriptissime. Lege lib. 4. Cod. tit. 21. const. 15. et Novellam 28. sive lib. 25. tit. 1. Nec te lateat, quod dicitur similiter in Novella 90. Si deposito ex scripto facto, vox testium ipsi deposito contraria inveniatur, testium vox magis admittenda est et firma manet: nisi forte iudex quid vere deprehenderit. Lege lib. 4. Cod. tit. 21. const. 15. et 20. et Novellam 49. seu lib. 22. tit. 1. Si chirographum nullis testibus communitum negetur, qui scripsit, iurare debet, suum non esse, non is, qui illud profert: scilicet si nulla probatio sit. Memineris enim Novellam 18. Lege et lib. 4. Cod. tit. 21. const. 15. Instrumenta forensia totas testium subscriptiones habeant ante completionem a tabellione insertam. Nota autem, iudicem in instrumentis indicia quaerere et admittere in inopia omnis probationis fidei instrumenti. Fiat comparatio literarum tabellionis iurante eo, qui instrumentum profert. De falso lege lib. 4. Codicis, tit. 21. const. 2. Nota autem, instrumenta confirmari depositione tabellionis et numeratoris, et fieri comparationem literarum eorum, qui subscripterunt, si mortui sint, vel absint. Idem autem obtinet et in literis tabellionis. Lege Novellam 28. et memineris similiter Novellam 18. Qui petit, ut literarum comparatio fiat, iuret, se bona fide comparationem desiderare, nec quidquam dolo fecisse circa chirographum vel instrumentum. Consentientibus partibus sub actorum testificatione contractus intimari possunt, atque ita liberantur his, quae dicta sunt. Instrumenta enim actis insinuata iniurari nemo potest. In contractibus, qui fiunt pro his, qui literas vel plane non, vel parum sciunt, tabularius et quinque testes subscriptant. Lege lib. 4. Cod. tit. 20. const. 15. In contractibus, qui sine scripto fiunt, actor quidem testes producat. Si autem non probaverit, reus iuret vel iuriurandum referat actori, volens scilicet. Lege lib. 4. Cod. tit. 2. const. 17. Observatio memorata in his tantum contractibus custoditur, qui superant auri libram. Chirographum, quod trium testium subscriptiones non habet, aut confessiones, quod sub praesentia eorum factum sit, aut pecunia adnumerata sit, admittendum non est: scilicet si is, qui scripsit, non neget ipsum chirographum, dicat autem, contra leges factum, quod memoratas testium subscriptiones non habeat. Nam si is, qui scripsit, penitus neget, se id fecisse, tunc actor secundum ea, quae dicta sunt, iuriurandum ei deferat, si probationibus egeat. Instrumenta ruri facta ex more regionis diiudicentur: non enim eagent praedicta observatione, licet testamenta sint. Lege lib. 6. Cod. tit. 23. const. 31.

Nicaci. Puto, Novellam hoc loco de chirographis docere, cum is, qui depositum suscipit, chirographum facit eique subscriptis dicens, se depositum suscepisse, debere eum, qui depositus, siquidem probationes faciles habere velit, tres testes evocare, ut et ipsi subscriptant, aut videant subscriptentem, quomodo subscripterent, et

<sup>κη</sup>) Fabr. a'. <sup>κκ)</sup> Lege ἀνταπαγέτω. <sup>κκκ)</sup> Fabr. in marg. stellula adiecta: το. del. neg.